



**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et
Principis Monasteriensis Decas**

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

43. A Flodorio in Urbem perfertur. Sed à Cive rejicitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](#)

1660.

statuat exteris onerosum. Dissidia Ci-
vitatis & Collegij Cathedralis compo-
nuntur. Si quando gravari se putet
Civitas, querentes benigne Princeps
audiat, & si præter æquum tractari se
judicent, iure agatur. Externa post-
bac auxilia non imploret, sed statim
renunciet Urbs cuicunq; fæderi cum
alienis pacto. In Transactionis præsen-
tis leges juret Senatus, quoties in an-
num eligitur, & Successoribus, dum
inaugurantur, & vacante sede Collegio
Cathedrali.

Dum eo instructus projecto Monaste- 43.
rium advenit Comes, aversos statim of- A Flo-
fendit Civium animos: tanto quidem tur- dorpio
batiiores, quo minus expectatum erat. Pos- in Urbem
setne liber Civis, persuasuro respondebant, perfer-
amplecti legem, quæ libertatem, juraque tur.

Civitatis omnia evertat? Dominium præ-
sidij tribui soli Episcopo: clavum parti-
tionem, serarum duplicationem, nec so-
lum ad portas, sed & turres ac valla, in-
auditam esse, nec Cæsaris quidem senten-
tiâ contineri. Voluntati Episcopi, vo-
toque Cleri delatum, quidquid optatum,
gratumque fuit; Civitati vero non modo
indulgeri nihil, sed tertio præterea in Co- Sed à Ci-
mitiis suffragio, quin & proventibus & ve reji-
mumentis suis exui. Ipsos sane adver- citur.
farios nunquam ausos fuisse istarum ob-

H h jectu

jectu conditionum liberam Urbem tentare.
Nec Cives tam abjecto unquam, fractis
animo futuros, qui acceptent. Gloriosus
fore & privilegiis & ipsius virtutis usurpa-
fas, sive nefas spoliari, quam non con-
victos, nec devictos, adeo turpiter, vi-
etas dare manus. Credere fœtum esse
si non abortum, Aulæ Episcopalis. Pro-
fectò non convenire hæc cum sollici-
dine Ordinum Generalium de tuenda Ci-
vium libertate ac juribus toties conteste-
tâ. Unico hoc partu Cives nasci ex libe-
ris servos, ex insolentibus reos, laeti
enormius, quos adeo laesos jam ante con-
stet. Æternam ignaviæ, ignominiaeque
labem subituros, ita si posteri omnes in
tam miserandum discriminem adducerentur.
Malle cum Numantinis & sua & sciptis
pro aris & focis gloriose morti consecra-
re, quam isthac viâ subire legem per-
petuae servitutis. Nihil verò statui cuiam
posse, priusquam Drachterus & Clutius
e Belgio reduces coram audiantur.

44. Ita Comes è Westphaliâ in Hollandiam & eodem tempore Knoestius, Tem-
stria & mingius ac Hollandius ex Austria in
Hollandia Westphaliana, re utrobiique infectâ ad
dia Ab suos revertunt. Drachterus verò & Clu-
tius à Batavis dimissi, quod absentibus
rever- iis in negotio concordiae nihil statuerent
tuntur. Cives, & ne posset objici, redire autem
pro-